

et canonicorum servos in omni sacramentorum iure percipiendo et in sollempnitatum oblationibus et sepulturis ad eandem ecclesiam immediate volumus pertinere. Omnes ergo possessiones, quas saepedicta ecclesia in praesenti quiete possidet, videlicet octo<sup>2)</sup> mansos in Storkwitz<sup>a)</sup> et decem<sup>3)</sup> mansos in Thsewitz<sup>b)</sup> cum omni utilitate et fructu, praeter quod matrici ecclesiae nomine decimae cedent XVIII modii siliginis et tantum avenae Doblinensis mensurae. Reliquos autem fructus, quos habet de ipsis villis et de decem<sup>4)</sup> mansis in Zletowe et decimas et scoccos in villis et dominicalibus earum in Preudowe, in utroque Kagan, Strossin, Nimotitz, Leutsitz, Budesitz, Konenwitz et in utroque Meran, Kascowe et in utroque Kanin, Scedelitz<sup>c)</sup>, Pirdotitz<sup>a)</sup> et in villa Zletowe et apud castrum Misne, et capellam sanctae Mariae in foro, et ius patronatus ecclesiae in Brochtitz<sup>5 d)</sup> et decimam integraliter eiusdem villae, scilicet quadraginta duos<sup>6)</sup> modios siliginis et XXVIII modios avenae, in Clewan VI modios siliginis et totidem avenae, in Sornwitz<sup>e)</sup> XI modios siliginis et totidem avenae versus Albeam, in Ocrul<sup>f)</sup> XVI modios siliginis et totidem avenae, in Choza<sup>g)</sup> IIII modios siliginis et totidem avenae Haynensis mensurae, in Grobere<sup>h)</sup> X modios siliginis et totidem avenae Misnensis mensurae, in Ratsuwitz<sup>i)</sup> VI mansos cum silva adiacente et quinquaginta scoccos decimarum in his villis, in Boratsuwitz<sup>7 k)</sup>, Bizcopitz<sup>l)</sup>, Dere<sup>m)</sup>, Didiswitz<sup>n)</sup>, Boserwitz, Jawirnitz<sup>8 o)</sup> et quascunque possessiones largitione fidelium in posterum vel cuiuscunque contractus titulo sive aliis quibuscunque iustis modis adipisci potuerit, pontificali auctoritate ei stabiles et inconvulsas permanere decrevimus in ea libertate, ut fratres ibidem deo militantes plenam habeant potestatem eas ad utilitatem ecclesiae suae convertendi. Optamus autem et volumus locum iam dictum et bona ei attinentia in villis, in silvis, in campis, in agris cultis et incultis, in pratis et pascuis, in arboribus et arbustis, in hortis et areis, in aquis et aquarum decursibus, in exitibus et redivisibus, in acquirendis et acquisitis, in redditibus et proventibus et omni prorsus utilitate quae nunc inest et in futurum inesse poterit, ab omni hominum invasione et precaria exactione salva manere eorum pro quorum sustentatione oblata sunt usibus omnimodis profutura. Et ne aliquis successorum nostrorum vel quilibet alius quod absit haec quae statuimus immutare attemptet, praesentem paginam sigillo nostro et capituli nostri munitam conscribi et eorum qui sunt infra notati testimonio fecimus roborari. Si quis autem huic nostrae ordinationi ausu temerario scienter praesumpserit contraire, perpetui anathematis vinculo innodatus cum sathana et angelis eius aeternae maledictionis poena plectatur. Testes sunt hi, Sifridus abbas Pygautiensis, Bruno praepositus maioris ecclesiae Misnensis, Theodericus praepositus Worcinensis, Theodericus custos Misnensis, Theodericus Polonus, Luitherus, Vlricus, Nycolaus, Bertramus, Wipertus, magister Martinus Misnenses canonici. Placuit praeterea nobis de communi capituli nostri consilio ad hoc nostrae constitutionis robor firmius protestandum principis nostri domini Theoderici Misnensis marchionis beni-

2) VIII B. 3) X B. 4) X B. 5) Brochtitz B. 6) XLII B. 7) Boratsuwitz B. 8) Jawirnitz B.

a) Unbekannt. (Striegnitz? das 1377 Stregenwitz genannt wird). b) Zschätz, Eph. Meissen. c) Schletta, Pröda, Gross- u. Kleinkagen, Stroischen, Nimtitz, Löbschütz, Pauschütz, Canitz, Mehren, Kaschka, Ober- u. Niederjahna, Sieglitz, sämtlich Par. St. Afra. d) Brockwitz, Eph. Meissen. e) Clieben u. Sörnnewitz, Par. Brockwitz. f) Ockrilla, Par. Zscheila. g) Jessen, Par. Gröbern. h) Gröbern, Eph. Meissen. i) Radewitz, Par. Seuslitz. Vgl. No. 182. 183. 186. 203. k) Proschwitz, Par. Zscheila. l) Piskowitz, Par. Lenz. m) Diera, Par. Zadel. n) Döschütz, Par. Seuslitz. o) Porschütz, Par. Striosen u. Gävernitz, Par. Lenz.